UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus rece[n]s illustrati

Alvarus <Pelagius>

Lugduni, 1517

Trigesimusterti[us] ar. de defectib[us] [et] p[...]ctis mag[...]ro[rum]. Co[n]tra abusum sci[...]aru[m] liberaliu[m]: q[...] loco theologie in ei[us] scholis p[er] religiosos mag[...]ros [et] ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-29953

Visual Library

dam ꝓuidentia militibus ſtipendia cōſtituta ſunt:ne dū ſumptus querit̃: predo graſſet̃.xxiij.q.j. militare. graſſari eſt ſeuire qḋ ꝓpꝛie ad latrones in nemoꝛe ꝑtinet. legitur ⁊ no.de peni.diſt.j.aut facta.⁊ in glo.ꝙ ſit. Idē dicit Ambꝛo.ſup lucā.li.j. ¶ Trigeſimopꝛimo. In pace gloꝛiantur contra id qḋ dicit Grego.in moꝛal.xxiij.li. Nemo vires ſuas in pace cognoſcit. Si em̄ bella deſunt virtutū experimēta nō ꝑdeūt.ip:ouidus miles eſt q̄ ſe in pace gloꝛiat̃ foꝛtē.

## De militia ſpiritua

li. Verbū incarnatū rex noſter eſt: qui in hunc mundū venit pugnaturus cū diabolo. Oēs aūt ſancti qui ante eius aduētū fuerūt: ſunt milites ante faciē eiꝰ pꝛecedentes. qui autē poſtea veniēt vſqꝫ ad finē mundi/ſunt milites ſuum regem ſubſequētes.⁊ ipſe rex medius eſt in exercitu ſuo hinc inde vallatus/⁊ ſtipatus agminibꝰ ſuis. Hug.de ſacra.li.j.pte.j.⁊.c.j. ¶ Chꝛiſtus habet multos milites q̄ vicerūt: ſꝫ paucos q̄ de fuga reuerſi vincūt: q: tepefacti difficile reſurgūt. Apo.iij.ibi: Utinam frigidus eſſes aut calidus: ſed q: tepidus es ⁊c.⁊ ar.de peni.di.j. Bern̄. Miles chꝛiſti nec laude extollit̃: nec vituperatiōe frāgit̃: nō diuitijs tumet: nec cōtrahit̃ paupertate: leta contemnit: ⁊ triſtia. ps.xc. Per diem ſol non vꝛet eum: neqꝫ luna per noctem. Hiero.ad nepotianum.

¶ Articulus.xxxiij.

## Expeditis nobili-

bus: plebeioꝛum vitia ꝑtractemus: ⁊ incipiamus ab eoꝛū dignioꝛibus. ſcꝫ doctoribus ⁊ magiſtris: de quibus ꝓpꝛie pōt dici illud ad Rom̄.j. Dicētes ſe ſapiētes ſtulti facti ſunt. xlix.diſt.hinc etenim.ꝟ.albuginē.⁊ ſcienti bonū ⁊ non facienti peccatū ſupple maius eſt. Ja.iiij.in fi.⁊ de peni.diſt.ij.ſi em̄.vltra colum. et magiſtri maius ſibi iudiciū aſſumūt. Jaco.iij.in pꝛin. ¶ Peccāt aūt pꝛimo
Doctoꝛes ⁊ magiſtri q̄ ſ bꝰ laboꝛēt vitijs quia quū indoctos ⁊ minus ſufficiētes ſe ſentiant: faciūt ſe ꝑ pꝛeces et alia munuſcula ab alijs doctoꝛibꝰ ⁊ in magiſteriū ꝓmoueri.⁊ ſibi licentiā dari.de hoc ex̄ de magiſtris. quāto.⁊.c.pꝛohibeas.⁊ ar.cōtra eos.de eta.⁊ qua. ad aures.ff.ad.l.acqui. Idem iuris: et illi qui tenentur examinare et appꝛobare: tenent̃ de ſalario ſic male accepto ad reſtitutionē.liiij.di.ſi ſeruus abſente.xxiiij.di.qn̄.ex̄ de eta.⁊ qua.cum ſit.de of.archidi.ea que. Si ſufficienti vel inſufficiēti cōcedat̃ licentia docēdi pꝛo pecunia: nō cōmittitur ſimonia: ſed crimē cōcuſſionis. C.qḋ me.cauſa.ſi ꝑ impſſionem.j.q.j.cōcuſſionis.xxiij.q.j.militare.ſm̄ Hoſ.qui ſic no.ex̄ de magiſ.in ſumma. Doctoꝛ qui ꝓmouetur a doctoꝛibꝰ ſubo:natis nō habet immunitatē vt doctoꝛ. C.li.x.de athletis.l.j.vix em̄ erit bonus magiſter: qui nō fuit bonus diſcipulus.ex̄ de elec.cum in magiſtrum.lxj.di. quid pꝛoderit. faciūt que legunt̃ ⁊ no.xxiij.q.j.cū beatiſſimus. ſꝫ nec antiqui pꝛo nouis ſunt deſerendi. valde em̄ eſt abſurdū/ vt noui magiſtri rudes vel impiti pꝛeferant̃ magiſtris antiquis ⁊ appꝛobatis.lxj.di.ſtatuimus.niſi foꝛte nouo a deo ſit aliquid melius reuelatum.xcv.di.eſto. ¶ Secūdo peccant: q: deſpiciunt ſufficientes ſubditos cathedrari.⁊ ꝓpter vitiū arrogantie/ea que ſciunt: recte docere non pñt xlvj.di.c.j.⁊ tales iniuriam faciunt cathedre.xl.diſt. multi. ¶ Tertio: cōtēnūt ſimplices qui magis volunt vitare vitia moꝛū ꝙ verboꝛū.xxxviij. di.ſedulo. ¶ Quarto: q: conātur differentia ſubtilia non vtilia/cōtra id Ego dominus deus tuus docens te vtilia. Eſa.xlviij.vt videant̃ ab hominibus: ⁊ vocētur rabi.⁊ ſic cōfundūt auditoꝛes.xliij. di.§.ſi.⁊ ꝑcipue in hoc offendunt magiſtri pariſiēſes: ⁊ in anglia: in auxonia/tā ſeculares ꝙ religioſi maxime ꝑdicatoꝛes/⁊ minoꝛes.quoꝝ aliquoꝛū arrogantia inexplicabilis ⁊ vſqꝫ ad illius luciferi Eſa.xiiij.de peni.di.ij.pncipiū. coꝛruentis/aſcendit: in quoꝛū ſcholis non ꝓpbē. non lex moyſi ſancta.non chꝛiſtus ſapientia pr̄is. nō eiꝰ ſacroſancum euangeliū.non apl̄i.non ſancti doctoꝛes eccleſie audiunt̃: Sed roboat et reſonat philoſophus idololatra.et cōmentatoꝛ eiuſdē cum ceteris liberaliū artiū pedagogis adeo ꝙ in ſcholis ſacre theologie/nō ſermo ſacer: ſꝫ philoſophia legat̃. Immo nec iam textū ſententiarum catholicū legūt lectoꝛes in ſcholis: nec baccalaurij magiſtroꝝ ſed ad queſtiones pꝛoperāt curioſas: vt ad lr̄am appareant: non exiſtant/contra can̄.xxxvij.di.c.ij. Iſti ſunt de quibus ꝓpꝛie dicit Hiero.ad damaſuꝫ papā. Phyſici/gloꝛiationis oculos trās celum leuantes: ⁊ vltra ꝓfundū terrarum ⁊ abyſſi in quoddā inane demergunt̃ in vanitate ſenſus et obſcuritate mentis ingredientes.inſuꝑ diebus et noctibus in arte dialectica ſe toꝛquētes.xxxvij.diſt. nōne. Innitentes dialecticoꝛū tendiculis: que non tam vincula ſunt appellāda ꝙ phantaſmata.i. vmbꝛe quedam ⁊ imagines que cito pereūt ⁊ reſoluūtur.xxxvij.di.vino.Hiero. in Eſa. Iſti etiā ſunt magiſtri qui ſm̄ vꝛbanū papā omnē vim inuentoꝛū ſuoꝛū ponūt in dialectica ſcꝫ diſputatione: que philoſophoꝛū ſententia definitur nō aſtruendi vim habere: ſed ſtudiū deſtruendi. Sed nō in dialectica placuit deo ſaluare populū ſuum.regnū dei in ſimplicitate fidei eſt: non in cōtentione ſermonis.xxxvij.di.omnem vim. Hinc etiā Hiero.ſciniphes ⁊ ranas quibꝰ egyptij ſunt ꝑcuſſi: vanam dialecticoꝛū garrulitatem ⁊ ſophiſtica argumenta intelligit.xxxvij.diſt. §. hinc etiam. Hinc Paulus theographꝰ ⁊ doctoꝛ ſeraphicus ad Col.ij. Uidete ne q̄s vos decipiat ꝑ philoſophiam ⁊ inanem fallaciam ſm̄ traditionem hominū ſm̄ elementa mūdi: ⁊ nō ſm̄ chꝛiſtū ⁊c. ¶ De talibus etiā ſupbis doctoꝛibus ⁊ magiſtris Greg. in moꝛal.li.xxiiij.pte.v.c.ij.⁊ trāſferunt̃.xlvj.di. Habet hoc pꝛopꝛiū doctrina arrogantiū: vt humiliter neſciāt inferre quod docēt.⁊ recta que ſapiunt etiā recte miniſtrare non poſſunt. In verbis em̄ eoꝛū pꝛodit̃ ꝙ quū docēt quaſi in quodā ſibi vident̃ ſublimatis culmine reſidere.eoſqꝫ quos docēt: vt lōge infra ſe poſitos/velut in imo reſpiciunt.quibus nō cōſulendo loqui: ſed vix dn̄ando dignant̃.⁊.ſ. At cōtra doctrina vera tāto vehemētius hoc elationis vitiū fugit per cognitionē: quāto ardentius ſuoꝛū verboꝛū iaculis ipm̄ magiſtrū elationis inſequit̃. Cauet em̄ ne cum elatis moꝛibus ꝑdicet quē in coꝛdibus audientiū ſacris ſermonibus inſectat̃.huculqꝫ Grego. Hinc idē Grego.in paſtoꝛali ⁊ transfertur.xlix.di.hinc etem̄.in.ꝟ.quo autem naſo.ait. Sunt nōnulli qui dum ſe exiſtimari hebetes nolunt: ſepe in quibuſdā inquiſitionibus ſe plus ꝙ neceſſe eſt exercētes/et nimia ſubtilitate fallunt̃.vn̄ hic quoqꝫ ſubditur.vel grandi/vel toꝛto naſo. Naſus q̄ppe grandis et toꝛtus eſt diſcretiōis ſubtilitas immoderata: qua dū plus ꝙ decet exercuerit actionis ſue rectitudinē ipſa confundit. De iſtis magiſtris quoꝝ totū mūdū eſt legere ⁊ diſputare: ⁊ cōmenta curioſa facere: ⁊ de penitētia non curare: ſed carnaliter viuere: ⁊ honoꝛes appetere/loquitur idem Grego.in eodē.c.hinc etenim.ꝟ.lippus vero. Lippus vero eſt cuius quidē ingeniū ad cognitionē veritatis emicat ſed tamē hoc carnalia opera obſcurāt. In lippis quidem oculis pupille ſane ſunt: ſꝫ humoꝛe defluenti infirmātes palpebꝛe groſſeſcunt. quoꝛū quidē q: infuſione crebꝛa atterit̃: etiā acies pupille vitiat̃. Et ſunt nōnulli quoꝛū ſenſum carnalis vite opatio ſauciat: qui videre recta ſubtiliter per ingenium poterant: ſed vſu prauoꝛū actuum caligantur. Lippus itaqꝫ eſt cuius ſenſum natura exacuit: ſed cōuerſationis prauitas confundit. cui bene per angelum dicitur in Apocal. iij.c. Collyꝛio inunge oculos tuos vt videas. Collyꝛio quippe oculos vt videamus inungimus: quū ad cognoſcendum veri luminis claritatē intellectus noſtri aciem medicamine bone opationis adiuuamus. huculqꝫ Greg. Fateoꝛ: aūt me nunꝙ magiſtrum viꝺiſſe inquātū vt homo ſcire potui: maxime in ſacra theologia.⁊ maxime religioſum mendicantem/humilem/paꝺientem/pauperem/oꝛatoꝛem/deſpectum mundo/moꝛtificatum; nec penitētiam agentem; nec verum magiſtrum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

chriſtum in virtutibus ſectantem: nec propterea magiſterium appetiſſe: niſi magiſtrum Gonſaluum ſacre theologie ꝓfeſſorem hiſpanū ⁊ generalem miniſtrū ordinis fratrū minorū: qui me aſſiſij recepit ad ordinem: Sed ꝓpter vanam gloriam ⁊ appetitū honoris. vnde Matth. xxiij. Amāt enim ꝓmos accubitus ⁊c. et .ſ. vocari ab hominibꝰ rabi. vos autē nolite vocari rabi. vnus enim eſt magiſter veſter. Ubi Chryſo. Uocari volūt: non eſſe. nomen appetunt ⁊ officiū negligūt. ſicut ad literā cōtingit in lectoribus cōmuniter fratrū ꝑdicatorū et minorū: qui magis foreſcariā canium frequentant ⁊ hoſpitium q̄ lecturam ⁊ ſine re in lectoris nomine gloriant̄: quū nomina cōſequētia ſint cum rebus. xlij. diſt. in oratorio. cum. c. pre. xvi. q. j. ſi cupis eſſe q̄ð diceris. inſti. de dona. §. eſt et aliud. ¶ Origen. Quidā autem machinant̄ vt a ſuis magiſtri epi vocentur ab hominibus q̄ð eſt rabi. vocari autem rabi: neq̄ ab hominibus: neq̄ ab aliquo alio diligit iuſtus: quia vnus eſt magiſter omnium. ¶ Item Chryſ. Q̄ð erat omnium malorum cauſa. i. thronum appetere magiſtralē: hoc medium ducit ad diſcipulos inſtruendū. q. d. nolite vocari rabi. neq̄ q̄ð deo debet̄: vobis ꝑſumatis. nolite vocari rabi: ne diuinum honorem hominibus deferatis. vnus eſt enim magiſter omnium: qui oēs homines naturaliter docet. ſi enim hominē homo erudiret: omnes homines diſcerent quot habēt doctores. Nūc aūt non homo docet: ſed deus qui docet hominem ſcientiam. ps. xciij. et iterum eodem ps. Beatus homo quē tu erudieris dn̄e: ⁊ de lege tua docueris eū. et ſpūs ſanctus docet oia. Joā. xiiij. ⁊ vnctio docet de oībus. j. Joā. ij. ⁊ ex̄ de ſacra. vnc. c. vnico. §. j. Multi quidē docent̄: pauci aūt diſcūt. homo eñi intellectū nō preſtat homini docendo: ſed a deo ꝑſtitū ꝑ admonitionē exercet. ¶ Item Grego. in pre. c. hinc etenim. ꝟ. albuginē Albuginē vero habet in oculo: qui veritatis lucem videre non ſinitur: q: arrogantia ſapientie ſeu iuſtitie occecatur. pupilla nāq̄ oculi nigra videt. albuginem tolerās nihil videt: q: ſenſus videlicet humane cogitationis ſi ſtultum peccatorē q̄ ſe intelligit: cogitationem intime claritatis apprehendit. Si autem candorem iuſtitie ſeu ſapientie ſibi attribuit: a luce ſupne cogitationis ſe excludit: et eo claritatē veri luminis nequaq̄ penetrat: quo ſe apud ſe per arrogantiam exaltat. De iſtis magiſtris verboſis ⁊ nebuloſis dicit̄. ij. ad Timoth. iiij. Magiſtros prurientes auribus ⁊ audientibus nō veritates theologas: ſed fabulas: quodāmodo philoſophicas ꝑdicātes honoratos cū ſuis diſcipulis in peccatis ductos ſm̄ Aug. varijs deſiderijs ſemꝑ diſcentes et docentes: et nunq̄ ad ſciētie veritatē ꝑuenientes. xxvj. q. v. nec mirum. vl. colum. Item de his Hiero. cōtra Jouinianū de peni. diſt. ij. ſi eñi. vltra. iiij. columñ. ibi. Aperiūt enim quaſi fontes ſcientie: q: quū aquā non habeant doctrinarum: premittunt imbrem velut nubes ꝓphetice ad quas ꝑueniat veritas dei: ⁊ turbinibus exagitant̄ demonū atq̄ vitiorum: loquūtur grandia: ⁊ totus eorum ſermo ſuperbia eſt. De iſtis etiam magiſtris. ij. Pet. ij. Cor exercitatum ij̄ auaritia habentes. quia ſm̄ Grego. appetitus honoris auaritia eſt. ſuper illo verbo Phil. ij. Non rapinam arbitratus eſt eſſe equalē deo. maledictionis filij derelinquentes. j. q. vij. q̄ð. ⁊. c. ſi qui. ex̄ de heretic̄. vt officium. §. ſi viā rectā. ſcʒ ſacre ſcripture. ſecuti viam balaā: qui interpretat̄ vanus populus ⁊ ſiue precipitās ex boſor: qui interpretatur carneus: ſiue in tribulatione poſitus: qui mercedeʒ iniq̄tatis amauit. et paulopoſt. Hi ſunt fontes ſine aqua non lauantes: ſʒ inquinātes. et nebule turbinibꝰ exagitate quibꝰ caligo tenebrarꝫ reſeruat̄. vbi Beda. et transferunt̄. ij. q. vij. ſecuti. ſic ait. Qui enim agnitā veritatis viam ſponte deſerunt: quid niſi vanus populus ſunt: qui etiam in precipitiū ſuos mergūt auditores: quibus nō ſalutaria que corrigāt: ſed que illos delectent erronea ꝑdicant: de quibus apte ſubditur. hi ſunt fontes ſine aqua ⁊c. ¶ Iſti ſunt illi magiſtri habētes ſciētiam inflatiuam ſine charitate: non edificatiuā. cōtra q̄s aploſ. j. ad Cor. viij. Scientia inflat: charitas edificat. ex̄ de renū. niſi cum pridem. §. ꝓ defectu. vbi. Bern. Impie mētes contente ſcientia que inflat: illam que edificat neſcierunt. de hac etiam materia ſatis etiam tetigi in prima parte iſtius operis: ſub epilogo hic reperita et addita ad confuſionē ſuperborū ſciolorū et modernorū arrogantiam magiſtrorū. adde ⁊ hic q̄ð ſcripſi copioſe de ſciētia abutētibus. ſ. in. §. o ꝓcioſa. ꝟ. alia eorū gloria. cum. ꝟ. ſeq. vſq̄ ad. ꝟ. alia eorum gloria. in ar. xlix. ¶ Quinto offendunt magiſtri: quia docēt aliqui aliqua falſa in cathedra: vt aliquibꝰ placeāt: et iſti ſunt falſi doctores. xxij. q. ij. primum. hi mali ſunt: ⁊ eorū doctrina mala. j. q. vij. conuenientibus. Mala aūt doctrina et peſtifera plures occidit q̄ gladius et venenū: ſicut doctrina Arrij: cuiꝰ pena ſm̄ Auguſtinū indeterminata eſt. q. d. plurimos infecit oīm illorū hereticorū penas ꝑticipat. vñ Hiero. Arrius in alexandria vna ſcintilla fuit: ſed q: non ſtatim oppreſſus eſt: totum eius orbem flāma depopulata eſt. xxiiij. q. iij. reſecande. Omnia crimina ſuperat falſa doctrina ꝓpter ſequelā. alia peccata ꝑpetrantem necāt: hoc peccatum male doctrine cateruam ꝑeuntium ſecum ducit. ar. xj. q. iij. ꝓcipue. xl. diſt. ſi papa. Impoſſibile eſt talem nequā doctorē ⁊ peſtiferū poſſe ſaluari: niſi publice reuocet quantū pōt intoxicatā doctrinā quā euomuit: q: nō pōt de hoc pctō aliter deo ſatiſfacere ⁊ ꝓximo quē corrupit. Nō pudeat eū ergo ſi ſaluari deſiderat: ſuū reuocare errorem: ne in ſua ꝑtinacia ⁊ ꝑfidia moriatur: et cū lucifero impenitente accipiat portionē. ad hoc ex̄ de accuſa. qualiter. j. §. ideoq̄. vj. q. j. ex merito. ibi deteriores. ⁊ ar. op. j. q. vij. quod. ⁊. c. ſi qui. ex̄ de hereticis. vt officiū. §. ſi ꝟo. li. vj. de peni. ⁊ re. c. j. ¶ Sexto tacent veritatem ne vitia quibus vacant: et ſeipſos reprehendere videantur. j. q. j. viliſſimus. iij. q. vij. in grauibus. et proditor eſt veritatis: qui pro veritate mendacium loquitur: vel qui veritatem dicendam celat. xj. q. iij. nolite. ¶ Septimo in falſis conſilijs que dant pro pecunia: q̄uis iuſtum vendere poſſint. xj. q. iij. non licet. q̄ ergo male extorſerunt ꝑ immoderatum ſalarium: pauperibus diſtribuāt. que ꝑ falſum conſilium: illis quos dānificauerūt reddant. xiiij. q. v. ſi habetis. ⁊. §. multipliciter. ⁊ non ſane. xiiij. q. v. ſi res. ex̄ de vſu. cum tu. de homic̄. ſicut dignū. §. eos. op. ar. ex̄ de re. iu. cum eterni. §. ſi q̄s. in ſi. cum his q̄ ibi no. li. vj. per veram ergo penitentiā ſuo ſatiſfaciāt creatori. et ꝑ reſtitutionē ꝓximo quē leſerūt. ex̄ de crimi. fal. falſidicus. alias cū diabolo ꝑpetuis cruciatibus punientur de peni. diſt. j. §. his authoritatibꝰ. ¶ Octauo cito accelerant ⁊ ꝑmature ad cathedram obtinendā: ⁊ aliter legūt q̄ deberent: et alia: ⁊ ſupbe: non excedunt ſcholares ſciētia et facūdia ⁊ vita ſicut debēt. ad hec ex̄ de ma. ⁊ obe. humilis. vij. q. j. nouatianꝰ. viij. q. j. qualis. xvj. q. j. ſic viue. xliij. diſt. §. pariter. viij. q. j. oportet. ⁊. c. licet. C. de ꝓfeſſo. ⁊ ma. l. magiſtros. li. x. quā autē ſcientiam debet preferre addiſcēs. de ſum. tri. c. j. ſm̄ Innoc̄. preferat ſciētiam canonicā: q̄ eſt mixta ⁊ media inter theologiam et legalem. ar. ex̄ de of. deleg. querenti. ſm̄ Oſtien. ſic conſulentē in. pre decre. de ſum. tri. c. j. ¶ Nono offendūt magiſtri: q: ꝓferūt ſe antiquis iuuenes. erubeſcant ⁊ confundant̄ et vix peniteāt: quia vix de hoc penitent. Quidam fratres minores euntes de gratia pariſius vt fiant lectores: et pro duobus annis cōtra eorū regulam et declarationes. lx. flo. ſoluētes: et ibi per quatuor vel ſex menſes morantes: et inde cum vacuo noīe ſine ſcientia reuertentes: ⁊ poſtmodum nomen lectoris habentes: ⁊ exinde ventres implentes. Cōfundant̄ etiam redeant tales florenos recipientes et rapientes: ⁊ expenſas dantibus non facientes: q̄ð non facerent publici ſtabularij aut caupones ſolutionē recipientes de expenſis: quas non fecerunt. ar. ex̄ de cenſi. ꝓcurationes. et de imuu. ec. quia plerīq̄. vnde et tales fraudulenter et indebite recipientes vltra q̄ fratres expenderūt: ad reſtitutionē tenent̄ illis a quibus fratres eleemoſynas habuerūt per iura pre. ⁊ ex̄ de elec. cōmiſſa. li. vj. nec

fratres poſſunt hoc cõuentui pariſieñ. remittere: q: pecunia nõ eſt eoꝝ nec ordinis: ſed dantium: vt ex̃ de verbo. ſigni. eꝛiijt. li. vj. ⁊ in clemẽ. e. ti. exiui. ⁊ in modico tẽpoꝛe adiſcẽtes volũt magiſtrari. de hoc legit̃ ⁊ no. in pꝛe. c. ſic viue. ⁊. lxxvj. diſt. ieiuniũ. in gloſ. collige. ⁊. xxiiij. q. j. cum beatiſſimus. ꝓpter inſufficientiam autem remouẽdi ſunt magiſtri. ex̃ de renũ. c. ſi. legit̃ ⁊ no. de of. cuſto. c. j. vbi aũt ſunt iura docenda ⁊ ꝓ quali ſtudio competit ꝓuilegium. ex̃ de cleri. nõ reſi. tue. ¶ Decimo: quia quidã eoꝝ volunt legere decretũ ⁊ decretales quũ neutrũ poſſint ꝓficere. xvj. q. j. pſbyteros. no. de cõſe. di. v. in die. De opinionibus magiſtroꝝ. de deci. c. j. de reſti. ſpo. literas. de cele. miſ. cũ marthe. §. queſiuiſti. ⁊ ſm̃ Innocẽ. de cõſt. ne innitaris. ¶ Undecimo recipiunt ꝓciũ a pauperibꝰ ꝓ doctrina cõtra ex̃ magiſtris. c. j. ⁊. c. q: ex̃ de cenſi. licet. a diuitibꝰ poſſunt vt ibi no. de materia magiſtroꝝ et de eoꝝ collectis. xviij. di. de eulogijs. xxxvij. diſt. de quibuſdã. j. q. iij. vendentes. et c. ſe. ſic et medicus gratis curabit pauperẽ: ſecus de diuite. no. lxxxiij. diſt. §. j. gloſ. ſimile. ¶ Duodecimo: quia immoderate et indiſcrete pautiẽdo coꝛrigũt diſcipulos ꝯ id de homic. pſbyter. de ſen. ex. cũ voluntate. xlv. diſt. cũ beatus. An magiſtri ⁊ ſcho. habeant ius vniuerſitatis. de ꝓcur. q: in cauſis. de hac materia magiſtroꝝ et ſcientia eoꝝ ex̃ de elec. cum in magiſtrũ. xxxvij. ⁊. lxxxvj. diſt. per totũ lxvj. diſt. quis dubitet. ⁊. viij. q. j. opoꝛtet. xvj. q. j. ſi clericatus. xlviij. di. §. j. ¶ Decimotertio peioꝛes ſunt diſcipulis vnde magiſtri ſunt erroꝛis. ij. q. vij. nos ſi. ¶ Decimoq̃rto admittũt religioſos ſine habitu in ſcholis: vnde cũ ipſis excõmunicationẽ incurrũt. ex̃ ne cleri. vel mo. vt periculoſe. li. vj. ¶ Decimoquinto: quidã eoꝝ erroꝛes alioꝝ defendunt: vnde et ipſi magis errant: ⁊ alijs erroꝛis offendicula ꝓparãt. vñ q: magiſtri erroꝛis ſunt: nõ tm̃ heretici: ſed hereſiarche dicẽdi ſunt. xxiiij. q. iij. qui alioꝛum.

¶ Articulus. xxxiiij. A

# De offenſione diſcipuloꝝ

De offenſione diſcipuloꝝ ⁊ ſcholariũ ſubſequẽter tangendum eſt. ¶ Peccant aũt pꝛimo: quia volũt eſſe ſupꝛa magiſtros cõtra id. Nõ eſt diſcipulus ſupꝛa magiſtrum. vj. q. j. ſacerdotes. ⁊. c. ſeq. ⁊ Luc. vj. ⁊ Mat. x. ¶ Secũdo: q: volunt fieri magiſtri q̃ diſcipuli legitimi nõ fuerũt. pꝛe. c. miſerũ ſi clericatus. alt̃. in pri. §. s. ꝟ. an magiſtri. xxiij. diſt. his. in ſi. xxxvij. diſt. relatum. ¶ Tertio vadunt ad ſcholas ⁊ nõ ſtudent: vel diſcere negligũt: vel contẽnunt. vide q̃d legitur ⁊ no. ex̃ de elec. cum ex eo. li. vj. ſup verbo literarũ ſtudio inſiſtentes: q: non bononie fuiſſe: ſ; ibi bene vixiſſe et ſtuduiſſe laudandum eſt. xij. q. ij. gloꝛia. de quo peccato confitetur Augꝰ. in. ix. li. cõfeſſionũ. ⁊ talis magis mẽbꝛũ diaboli q̃ chꝛiſti eſſe oſtenditur. xxxviij. diſt. nullus. cõtra q̃d Augꝰ dicit. Senex ſum a iuuene ⁊ epiſcopus tot annoꝝ a collega necdũ anniculo paratus ſum doceri. xxiiij. q. iij. ſi habes. et vide ibi gloſ. repꝛehenſibilis. Iſti autem tales qui vadunt ad ſtudium et nõ ſtudent: nõ gaudẽt pꝛiuilegio habendoꝝ fructuũ beneficioꝝ in ſtudio de quo loquit̃ de clericis non reſi. tue. ⁊ ex̃ de magiſtris. c. vlt. q̃ ſi eos receperint: ad reſtitutionẽ eoꝝ tenent̃: q: fraudulenter eos recepẽrũt. ad hoc ex̃ de elec. cum ex eo. ibi. Cupiẽtibus in ſciẽtia dei ꝓficere vt fructum in dei eccleſia ſuo tẽpoꝛe afferre valeãt oppoꝛtunũ. ⁊. j. ibi. literarũ ſtudio inſiſtẽtes. ⁊ in pꝛe. c. ſi. de magiſtris. ibi. aliqui docibiles deſtinent̃. ⁊ ibi. qui cum docti fuerint ⁊c. et. j. ibi. et ſtudẽtes in ipa. ex̃ de elec. cõmiſſa. §. ceterũ. ibi. teneberis ad reſtitutionẽ fructuũ eoꝛũdem quũ res receperis fraudulenter. op. ar. imo expꝛeſſum. xvj. q. j. generaliter. ibi. Eos autem clericos ⁊ monachos hmõi beneficium habere ſancimus: qui ad ſacroſanctas eccleſias vel monaſteria ꝑmanent: non deuagantes: nec circa miniſteria deſides: quũ ꝓpter hoc ipſum beneficiũ eis indulgemus: vt alijs oibꝰ derelictis diporẽtis dei inhereãt miniſterijs. ⁊ in gloſ. ar. ⁊. xxxvij. di. de q̃buſdã. ibi. aſſidue. ⁊ in glo. i. horis cõpetẽtibꝰ. ⁊ pꝛe. tue. q̃ſi expꝛeſſuꝫ. ¶ Quarto: q: diſcunt ea que melius eſt neſcire q̃ ſcire. xxxviij. di. q̃uis. ⁊ in gloſ. hic videt̃. ⁊ diſcũt illas ſcientias que nõ ſunt ſciẽtie pietatis. ſicut ſunt geometria. arithmetica. muſica. et aſtronomia. legitur ⁊ no. xxxvij. diſt. ſiquis. ¶ Quinto: q: tunc volunt diſcere quũ ex officio alios debeant docere. xxxvij. diſt. §. ecce. in autẽ. de ſanc. epiſ. §. damus. col. ix. ſed poſtq̃ male ꝓmoti ſunt q: ignoꝛantes: cõſulte agunt ſi diſcunt: vt pꝛe. c. nullus. et c. ſi habes. vel renũtient. ex̃ de renũtia. niſi cũ ꝓdẽ. § ꝓ defectu. ¶ Sexto: q: ad ſcipſos in obſcuris recurrunt dimiſſa ſcriptura: ⁊ ideo magiſtri erroꝛis exiſtunt: q: veritatis diſcipuli nõ fuerũt. xxiiij. q. iij. q̃d autẽ. xxxvij. diſt. relatum. ¶ Septimo: quia ſtulti ſunt ⁊ peccant. quia cõtẽdunt diſcere que ignoꝛãt. xxij. diſt. de cõſtantinopolitana. lxxxiiij. diſt. peruenit. ¶ Octauo defraudant magiſtros ſalarijs quũ ſint diuites. vnde ad reſtitutionẽ tenent̃: q: dignus eſt mercenariꝰ mercede ſua. ij. ad Timoth. v. Luc. x. Mat. x. xij. q. ij. charitatem. ⁊. c. quicũq;. in ſi. ¶ Nono: q: inter ſe malas ſocietates habent maxime ſenioꝛes et eis: ⁊ maxime quũ iacent in ſcholis turpitudineꝫ opantes. xxxij. q. vij. flagitia. vnde ſup hoc pꝛecipue ⁊ ſup alijs vitijs magiſtri eoꝝ curam debent habere ſolicitã cuſtodiendi eos et rũpendi feda federa. ſicut aliquotiens eos docui maxime magiſtros in grãmaticis et logicis: qui diſcipulos habẽt q̃ iacent in domibus eoꝝ: quibus pꝛeſunt nõ tãtũ ſciẽtia quãtũ moꝛibus: ſicut dicit lex de ꝓceptoꝛibus pupilloꝝ. ff. de admi. tu. cũ plures. §. cum tutoꝛ. ⁊ no. ex̃ de magiſtris. c. j. ¶ Decimo: q: magiſtris inobediẽtes ſunt ⁊ eis frequẽter reſiſtunt. vnde ⁊ verberibus virgaꝝ ſubijciendi ſunt. q̃ tñ ad vindictã ſanguinis nõ ꝓcedãt. nec ꝓpterea incidũt in excõmunicationẽ magiſtri taliter verberãtes. ex̃ de ſen. ex. ſup eo. ⁊ vide q̃d legit̃ et no. xxiij. q. v. c. j. ibi. Sed virgarũ verberibus erudiſti. qui modus coertionis ⁊ a magiſtris liberalium artium. ⁊ ab ipſis parẽtibus adhibet̃. ex̃ de rap. in archiepatu. ¶ Undecimo: q: in feſtiuitatibꝰ potius vadũt ad eccleſiã vt videãt dñas: q̃ vt audiant diuinũ officium. no. xxiiij. q. j. odi. in gloſ. ar. ꝯtra. ¶ Duodecimo: quia quũ in diebus feſtiuis deberent ire ad eccleſias et dñicis diebus ad audiendũ miſſas cõplete vt tenent̃ ⁊ ꝓdicationẽ: vel vagant̃ per terrã: vel ſtudent: quũ in ſpiritualibꝰ ſolum ſint ꝓncipaliter feſta ꝓcipua occupãda. Nõ impꝛobo q̃ miſſa audita ſtudeãt in domibꝰ ſuis: q: opus ſpirituale eſt ſtudere: quia ſciẽtia donũ ſpiritusſancti eſt. Eſa. xj. Sapiẽtie. j. Eccli. j. ⁊ paulus. j. ad Timoth. iiij. attẽde lectioni. xxxvj. diſt. §. ecce. in ſi. Sine precio etiam librũ coꝛrigere et ipm apoſtillare in feſto nõ eſt ꝑm̃: quia ad ſciẽtiã facit. ar. ex̃ de of. del. ꝑterea. ⁊. c. pꝛudentiam. in ſi. et c. ſuſpitionis. ff. de iure. om. iu. l. ij. ff. de re iu. quedã. xvj. q. j. ſi monachus. pꝛo ꝓcio vero coꝛrigere vel ſcribere vel notare in feſto. ꝓm̃ eſt: q: opus ſeruile eſt vt. c. ieiunia. j. alt̃. et ex̃ de fer. c. vlt. ⁊ de cõſe. di. iij. rogationes. ⁊ de cõſe. di. j. miſſas. Miſſas die dñico ſecularibus totas audire ſpeciali oꝛdine ꝓcipimus. ⁊. c. ſacerdotes. c. cum ad celebꝛandas. c. qui die. Qui die ſolẽni ꝓtermiſſo eccl̃ie cõuentu ad ſpectacula vadit: excõmunicet̃. ⁊ diſt. iij. ieiunia ſane. ibi. Die aũt dñica. nihil aliud agendũ niſi deo vacãdũ. nulla opatio in illa die agat̃: niſi tm̃ hymnis ⁊ pſalmis ⁊ cãticis ſpiritualibꝰ. dies illa trãſigat̃. ¶ Decimotertio q: clerici curati quũ vadũt ad ſtudiũ de licẽtia ꝓlatoꝝ. nõ dimittũt in eccl̃ijs vicarios bonos ⁊ ſufficiẽtes: ꝑ q̃s animaꝝ cura diligenter exerceat̃. ex̃ de elec. cũ ex eo. §. ſi. li. vj. alias credo eos teneri ad reſtitutionẽ fructuũ quos interim perceperint eccleſiã debito ſeruitio defraudando. ar. ex̃ de elec. cõmiſſa. §. penulti. et vlti. xvj. q. j. generaliter. ex̃ de reſcrip. c. ſi. ¶ Decimoquarto: quia religioſi quidam et pꝛeſbyteri et alij pꝛelati ſcholas ſequũtur legales: ꝓpter quod excõmunicati ſunt: et quia habitum dimittunt in ſcholis. ex̃ ne clerici vel mo. non magno. et. c. ſi. et. c. vt periculoſa. li. vj. ¶ Decimoquinto: quia expenſas quas habent a ſuis

Diſcipuli et ſcholaſtici q̃bus ſubiaceant vitijs.